

Huygens, [Den Haag], aan Reneri, [Utrecht], 19 december 1637 (Koninklijke
Bibliotheek, KA 44 (minuut); Koninklijke Bibliotheek, KA 45 (kopie))

Renerio.

Peto a te, Vir Doctissime, ut Clepsydrae sive Horologii, cuius aliquando mihi formam
rudi calamo designasti, aliam denuò, sive tuâ, sive peritioris manu expressam transmittere
velis. Prior enim illa, inter schedas nimiâ meâ incuriâ vel curâ disparuit, ut peccant
securae nimium sollicitaeque manus. Tu autem duplici beneficio me devincies, qui sum

Tuus

C.H.

19. Dec. 1637.